



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Gregorivs Tvron. Episc. 17. Novembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

17. NOV. *Vita Sanctorum.* 629  
miraculum, quod fecit, ipse fuit. Ex  
Greg. Nyß.

S. GREGORIVS TVRON.  
EPISC. 17. Novembris.

I<sup>lle</sup> est GREGORIVS, cui nomen  
in insula Turonensis fecit. Parentes illi  
erunt primâ nobilitate, nutrices à teneris  
annis Musæ fuerunt, quibus vicem ille  
tam postea rependit, ut nesciam plusne  
ille Musis, an Musæ illi debeant. Puer  
vitam, quam à patre acceperat, bis ei-  
dem reddidit, nec sine miraculo, cùm  
medicinâ morituro nunc nomen IESV  
ligno inscriptum, nunc alter Tobias  
piscis exta adhibuit. Ipse quoties agro-  
tavit (& agrotavit sibi scutule) è calo  
medicos, vel D. Eligium vel Martinum  
habuit, cujus vitam recte in templorū  
parietibus, sed multò rectius in animo  
suo depinxit. Sub noctem VIRGINI  
sacram, Ædem hujus frequentari ab  
Angelis cum multo lumine vidit, &  
portâ sponte suâ reserata ipse etiam  
admissus est. Tam charus cælo castiga-  
tus scilicet ab hoc non semel est. Ete-  
nim somnum dormientis in natalitiâ  
Christi nocte Angelus alapâ discussit.  
Tam non possunt ferre Superi Episco-  
pum dormientem! Iam simul ac lapsus  
est in nescio quam gloriola vanæ cogi-  
tationem, equus etiam ipse lapsus sub  
GREGORIO reprehendit GREGO-  
RIVM.

630 *Vite Sanctorum.* 18. NOV.

RIVM. Itaque imposterum miracula,  
quæ plurima patrabat, non sibi sed Di-  
vorum lipsanis, quæ ferebat, adscripti.  
Congresius Romæ cum Greg. Pontif.  
cum hic viri staturam (multum animo  
minor erat) tacitè miraretur, non ne-  
sciens arcunarum cogitationum noster,  
*Dominus dixit, fecit nos; non ipsi nos.* Ita-  
que maxiimi deinceps GREGORIVM  
ipse etiam Magnus Greg. fecit. Ex Sur.

SS. ROMANVS ET BARV-  
LA MM. 18. Novembri.

PArabat anno Servatoris CCCI.  
Asclepiades Procos: exscindere tem-  
plum Christianorum Antiochiz. Huic  
nimirum ROMANVS sese opposuit  
& dictis suis animos sociis unicus ad-  
didit. Nunc demum pugnandum pro Am-  
cogitarent. Hostem utiq; esse Asclepiadem  
patriæ, qui huic D E V M ereptum iret.  
Pulchritum fore, ut aras defendenter, cadere  
ad aras litaturos. In quamcunq; demum  
partem aled caderet pugnæ, victores Chri-  
stianos futuros. Captus igitur velut se-  
ditiosus ROMANVS, & ex equuleo  
suspensus, cum plumbatis cæderetur,  
ferreum se præbuit. Quin causæ opti-  
mæ fidens ausus est ad teneræ atatis  
testimonium provocare. Audiret vel  
ex hâc iudex, Deumne unum an da-  
monas tot colere præstaret? Et ecce  
evoçatus BARVLA infans penè non

minus